



IN
DAEMONIACOS
S. EVANGELICAE HISTORIAE.

¶ere omnia Gentilium Philosophorum & Poetarum contra Evangelicam veritatem compilantur scrinia, ut Daemone e medio sublato, Daemoniacorum status de incommoda tantum valetudine exponatur. Daemone igitur obsessum esse, aliud nihil amplius erit, ac *furore corripi*, aut *bile atra agitari*; nam hoc planum faciunt Homerus, Sophocles, Isocrates, Heliodorus, Lucianus, Plutarchus, Galenus, Xenophon, Aristophanes, quanta nomina!

na! de hoc, qui dissentit, Graeciae prorsus ignarus est, stupidum caput, expertus philologiae, omnisque orientalis idiotismi nescius; breviter & festive: ceu Scholasticus & superstitiosus deridetur. Forfan vero suaderent aliquid tanti Sophi, nisi ipsi inter se Ethnici immane distarent, atque alliderent ad perpetuos contradictionum scopulos.

Quidam Adaemonista fatetur: *mirum quam inter se discrepent, qui sunt ejusdem haeresis. Alia sentit Apulejus, quam Plato, alia Plotinus, quam Apulejus, alia longe Porphyrius, nec cum Jamblichos, aut quoquam alio concordat Proclus. Philo etiam Platonius non differre, ait, hos Daemones ab Angelis Judaeorum, sed multum interest inter Daemones Philonis & naturas, quas Moses Angelos dixit. Ohe! jam factis est. Scripta etiam Talmudica, alioqui ob aniles fabulas fardere solita, & apocrypha pro se, non sine ingente plausu, adducunt. Christus (Judaeus) judaico more locutus est. Scriptores divini (non Philosophi, sed piscatores & publicani) receptum loquendi morem jure servarunt, sicut nostrae aetatis Galeni de morbo Ven-*

ne-

neris, de *S. Antonii igne*, *S. Viti saltatione* loqui amant; quam praeclara & scita paritas! Sacra loquendi formula: *Daemonem ejicere*, in *Josepho*, aiunt, *Cebete*, *Luciano aliisque multis de CURATIONE occurrunt*. *Idem verbum Herodotus*, & *Arrianus etiam adjungunt INANIMATIS*. Quam apodictica demonstratio! Daemone tandem inter non entia redacto, jam prosequuntur Allegorias suas de lapsu Protoplasti, labe originali, de gratia, satisfactione, de fide in Mediatorem, redemptione generis humani, baptifmate &c.; & quid non novi proximis iterum nundinis parturierint magni Viri isti, Interpretes Divum, qui Numina Phoebi, qui Tripodas, Clarii lauros, qui fidera Coeli, & volucrum linguas norunt, & soli nobis decernere sciunt, voluntque, quid Deum O. M. creasse & facere deceat; si quid vero Philosophiae suae excedat captum, subito mordicus contra omnes negare audent & exhibilare, ringendo contra pertinaces Orthodoxos. O Pseudo-Philosophi! homines dijudicare praesumitis altissima, sapientissima & justissima omnium Creatoris consilia! quam merito de vobis *Isa.* dixit *C. 29, 16.* perversa est haec vestra cogita-

ta-

tatio, quasi si lutum contra figulum cogitet... & dicat opus factori suo: non intelligis.

Consideratu dignum praesens argumentum cum de Daemoniacis tantum *Evangelicae Historiae* perlustremus, illud Doctiss. D. Calmet *de Energ. veritate* animo recolimus: *non nos defendendam veritatem suscipimus, nisi eorum, quae suppeditat Scriptura. Satis habemus demonstrasse, dari quandoque sincera ejus rei exempla, nec nisi praepostere omnia indiscriminatim rejici, ac tandem, quae referuntur in Evangelio, omnes praesferre sinceritatis characteres.*

Diversa tribuunt Ss. literae, Talmudistae, ac gentiles Philosophi iis, qui corpora obsidere dicuntur, nomina, diversam significationem ac substantiam. In sacris paginis occurrunt frequentius voces: Διαβολος, δαιμονιον, δαιμων, σαταν. Primi quidem notionem etiam exprimit Syrochald. אכלקרא Conf. Matth. 4. latine: *calumniator*. *) Graeca ista nomina, velut & hebraica בעליבוב שטן in Evangelica S. Historia semper malignis impertiuntur geniis, quos Ss. Matth. 12, 43. 45. Luc. 11, 24. 26. Marc. 1, 23. *Spiritus immundos, nequam*, & alibi
 Dae-

*) In hoc significato legitur 1. Tim. 3, 11. 2. Tim. 3, 2. Tit. 2, 3. Etiam Satan nonnunquam aliter e.g. Num. 22, 23. 1. Sam. 29, 4. Matth. 16, 23. accipitur. Putat Hugo Farmer, Versuch über die dämonische Leute pag. 11. edit. Berol. 1776. nunquam adhiberi vocem: *Diabolus*, quando agitur in Evangelio de Energumenis, sed Act. 10, 38. quod tamen ad systema suum per vim detorquet, aperte refellit. Coeterum adnotat, nomen δαιμονιον 52. vicibus, δαιμων 3. δαιμονιζομαι 13 locis in descriptione obsessorum recurrere; sed cur de nomine disceptat tam sollicite? res ipsa e Ss. litteris inquirenda est. Pag. 51. ultro fatetur: *Die Kirchen Väter verstanden insgemein das Wort DAEMON in einer bösen Bedeutung, und glaubten, das es so in der Schrift verstanden werden müsse.*



Daemonia immunda vocant. In Evangeliiis arabice descriptis adparet nomen
 ابلیس *Eblis*, & sic diabolus vel
 per aphaeresin, vel a desperatione de
 misericordia divina dictus est: quod no-
 men etiam *Mabumetus Corano suo sur. 2.*
de Vacca & alibi saepe intulit.

Rabbi-
 nis.

Rabbini, qui ridicula & inepta de
 ortu Daemonum ex Lilith, Naome, aliis-
 que sexcentis, de connubio, statu ac in-
 teritu שרים nugantur, hos potissimum
 adpellant: נגעי בני אדם מזיקים לילין שעים: ac perfico vocabl. אשמדאי. Fastidit
 vero referre calamus alia figmenta lepi-
 da & malefana, quibus animos permul-
 cere student. Praeterimus, feriem il-
 lam contexere paradoxorum nominum
 ac titulorum, quibus סמאל Cacodaem-
 onum (ut ipsis videtur) Principem
 onerant. At nihil Rabbiorum vanita-
 tem & delira infomnia perinde sistit, at-
 que *sanctorum diabolorum* existentia, ut
 improbe fingunt, qui שדין יהודין *Ju-
 daici Daemones* dicti, Mosaicae Legi as-
 siduo student, simul ac in Synagogis pu-
 blicas preces suas fundunt. Silemus
 hic quoque fabulam, qua metamorpho-
 sin Cacodaemonum aliorum in *sanctos
 Angelos* aliquando eventuram commi-
 niscuntur: de his Bartoloc., Eisenmen-
 ger,

ger, Bodenschaz ubertim tractant, quae credat Judaeus Apella!

Ex horum Daemonologia patet, quid, quamque varie de daemonibus Et Genti-
libus
osten-
ditur. senserint. *Hesiodi* pag. nobis XI. edit. *Basil.*, *Platonis* apud *S. Aug. Lib. IX. de Civ. C. XI. edit. Antv.*, & aliorum monumenta docent, bonos mortales post fata haec, in bonos Daemones, humani generis apud Deos adjutores & internuntios immutari, e contra vitae improbae homines desinere in Cacodaemones hominibus infensos, & calamitatum omnium autores. *Thales* apud *Athenag. Leg. pro Christ.* pag. nobis 17. Tom. 8. *Biblioth. P.P. edit. Paris.* discernit *Daemones* inter ac *Heroes*. *) Illos sub.

*) Conf. simul *Jamblich. de Myst.* pag. 6. edit. *Lugd.*, ubi scribit: *post Deos ponimus Daemones, Heroes, Animas puras. Hi tres ordines pedissequi sunt Deorum.* Postea multa adjungit de Daemonum excellentia, providentia, ac in mortales beneficentiae officii. *Proclus in Alcibiadem* etiam bonorum ac malorum Daemonum meminit *cit. edit.* pag. 185. *Porphy. de Sacrificiis ejusd. edit.* pag. 317. pariter utramque Daemonum speciem adstruit, & iis vitandarum malorum gratia, libri docet nidorem altarium, pecudumque victimas; quin imo malos spiritus adoratos esse, & humano sanguine effuso placatos, ludi Spurcitiae & crudelitatis pleni ostendant *ex Macrobo.*
Sa-

substantias spirituales, hos vero animos
mortalium a corporum vinculis liberos
cen-

Saturnal. Lib I. *Farmer* cit. lib. nititur
persuadere, quoties de Daemonum obsessione
aut in Ss. literis, aut vetustis Autoribus sermo
fit, nunquam *Angelos lapsos* esse intelligen-
dos, sed illa Ethnicorum Numina, quae post
vitam hanc mortalem ob eximias belli, pa-
cisque artes apotheosi donavit vesana homi-
num superstitio. Quare opinatur dictos Ener-
gumenos correptos divino quodam furore in-
fantiisse, & vocatos esse *limphaticos* a Theti-
de, *Cerritos* a Cerere, a Baccho *Bacchantes*
Lemures & *larvatos* a Laribus. Pro hoc gen-
tilli systemate omnia congerit, & *As.* 17, 18.
adducit, ubi ex Epicureis & Stoicis aliqui S.
Paulum *novorum Daemoniorum* annuntiatorem
vocat, quia Jesu resurrectionem praedicavit.

C. T. *Damm* in *Diff. de fide Historica* uberri-
me omnia transcripsit, quibus doceret, Daemo-
nem nullum existere, ejusque ideam, utpote
ex ignorantia & praejudiciis natam prudentem
quemvis dedecere, imo hanc divinae sapientiae
& bonitati repugnare. Aliae opiniones con-
trariae vel relatu indignae sunt e. g. *Jac. Ilive*
Angli, qui nuper priscos Origenianorum re-
fuscitavit errores, arbitratum, mentes nostras
esse lapsas illas intelligentias, quas ultor
Deus in patrati sceleris poenam ad humana
corpora, ceu totidem carceres amandavit.
Alii putant, Daemones esse bestias, animas
separatas, homines impios, aut ipsa scelera,
ex *Gloss. Talmudica* in *Joma* & in *Gittin* ac
mystica quorundam interpretatione. Nihil
tam absurde dici potest, quod non dicatur ab
aliquo Philosopherum, sicubi, certe hodie
impletur.

cenſet, ex meritis bonos, aut malos. In Homero, Pindaro, Ocello Lucano, aliisque Philoſophis ac Poetis perſaepe inuſum nomen *κακὸς δαίμων* legitur, ad quos infauſta cuncta, quibus hic conſiſtantur terrigenae, ſolent referri.

Dari reipſa Daemones atque Daem^{S.Scri}oniacos adſerta eſt Ss. literarum, Pa^{ptura}trum, Iudaeorum, Paganorum veterum^{hic au} & recentiorum ſententia; & quis tantae^{dienda.} autoritati, communi gentium omnium conſenſui repugnet? Aſt vero, quod perpendimus, decidendum non eſt ex Ethnicorum Daemonologia, ex Scripto-ribus profanorum clauſicis, qui tam aperte jam aduerſantur ſibi in prima veritate pragmatica, quae totius Religio-nis baſis eſt, ſc. *Deus*. Audiatur tantum *Cicero* lib. I. *de Nat. Deorum*, fere ſub initium ſcribens: *qui Deos eſſe dixe-runt, tanta ſunt in varietate ac diſſenſio-ne conſtituti, ut eorum moleſtum ſit adnu-merare ſententias; nam & de figuris Deo-rum, & de locis atque ſedibus & aſtione vitae multa dicuntur, deque his ſumma Philoſophorum diſſenſione certatur.* Et quanta non concertatio eſt de Daemo-nibus? Conf. *Joann. Sim. Lindinger de Daemone & Daemoniacis edit. Serveſt.* 1774. pag. nobis 65. Ubi Deorum ſum-mus, Dii, Deaque, res divinae, He-roes,

roes, fortunati & egregii viri Daemones audiunt, & pag. 71. Christiani & Gentiles iisdem vocibus deteriorem induunt notionem. Certe rationi soli, utut humana scientia & experientia subactae nihil prorsus de Angelorum lapsu suboluit unquam. Neque ex Talmudicis commentis haec eruitur veritas, etsi hodie talis modi fabellas ad rectam rerum intelligentiam, quam sub orientalis poeseos involucris delitescere dictant, non pauci reducere vehementer laborent. Conf. *Anonym. auserlesene Abhandlung über Materien Theologischer Inbaltzes Leipzig 1774.* Neque ex Philosophorum recentiorum placitis haec Biblica controversia dirimitur, illorum scil., qui fortes spiritus dici amant, & soli sapiunt ultra modum & supra omnes, coeterosque in ignorantia & superstitione repere putant, cum interea hoc genus hominum apertis technis & ex insidiis paganismum restaurare gestit. Hi, qui tot naturalia, quae in mundo indies cernuntur, convincuntur nescire, quomodo ausint, prae fracte negare ea omnia, quae altioris sunt ordinis, invisibilia, spiritualia, revelata &c. Conf. Sap. 9, 16. Hic profecto callis ille tritus est ad scepticismum & irreligionem. Sacra Scriptura limpidus fons est, ex qua veritas haec profluit. Mirum profecto ha-

be-

betur, Christianos non erubescere, ethnicae Daemonologiae lacunas hac super re adire. In ea mentis humanae caligine sola divina revelatio lumen suum adfundat, necesse est. *) Erudimur ve-

ro

*) Consent adversarii in V. T. de Daemonibus atque Daemoniacis nihil prorsus occurrere, & ex hoc silentio jam triumphant, putantque, tum tandem, cum Hebraei gentibus coeperint misceri, hanc illos adeptos esse de *geniis malis*, eorumque operationibus cognitionem; Verum transmittamus nonnihil, nullam fieri mentionem; quid argumentum hoc inficiale probat? Cum disertius atque uberius de Daemoniis loqui nulla occasio, nulla causarum momenta postularint. De probatica piscina *Bethsaida Joann. 5, 2.* V. Testamentum flet; nemo tamen Evangelistae testimonio fidem renuet. Permulta languorum & morborum genera tempore Christi leguntur grassata, de quibus iterum Pentateuchus nihil meminit. Forsan prisco aevo Satanas operosius in promovenda Idolomania, quam in obsidendis hominum corporibus laborare voluit: quidquid sit; sat Moses digitum in Satanam intendit Protoplastorum seductorem; nam minime visibili seductionis instrumento, sed ipsi seductori inflictam esse poenam recte colligitur.

Lev. 17, 7. Deut. 32, 17. Ps. 106, 37. Simulacra gentium vocantur שׂרִים שְׁעִירִים;

quae LXX. exprimunt τοῖς δαιμονίοις, ubi certe nec Moses, nec Psaites, nec LXX. Deos aut Heroes Ethnicorum intellexerunt. Vide S. Cypr. de Idol. vanit. Recurrit Farmer a pag. 184. ad 1. Cor. 10, 19. 12, 2. *Act. 14,*

15.

ro ex *S. Judae Ep. Cath. v. 6.* turbam Angelorum non servasse suum Principatum, sed dereliquisse suum domicilium, in judicium magni diei vinculis aeternis sub caligine esse reservatam. Conf. simul *Joann. 8, 44. 2. Pet. 2, 4.* Daemones credunt & contremiscunt *Jacob. 2, 19.* Caput horum *Matth. 25, 41.* vocatur diabolus *Apoc. 12, 9.* Draco magnus, diabolus & Satanus, reliqui vero ejus Angeli. Homicida fuit ab initio, in veritate non stetit, mendax est, & pater mendacii *Joann. 8, 44.* Daemones dicuntur Principes *Eph. 6, 12.* & potestates mundi, rectores tenebrarum harum. Ille adversarius, diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quaerens, quem devoret. *Apoc. 12, 9.* Seducit universum orbem. *Marc. 2, 15. Matth. 13, 25. 38. 39.* Venit Satanus, & aufert verbum, quod seminatum est in cordibus. Jesus in Evan. Daemones alloquitur, & illi respondent, Salvator praecipit, & corpora illico deserunt, sed in comitatu plurium redeunt

Luc.

15. *Psal. 96, 5.* ubi Dii gentium nihil, אֱלִילִים esse dicuntur, sed tantum ex cit. loc. sequitur, idola divinitatis nihil habere, quae tamen gentes colebant; Daemonia autem vere existere Apostolus probat *I. Cor. 10, 20.* inquit: *quae immolant gentes, Daemoniis immolant, & non Deo.*

Luc. 11, 26. ceu revera existentēs, iique spiritus, diserte describuntur, & quotquot sunt eorum nomina; semper malis & impuris adscribuntur spiritibus. Dominus *Matth. 16, 1.* convocatis duodecim discipulis dedit potestatem in imundos hos spiritus, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem & infirmitatem omnem. Septuaginta cum gaudio reversi *Luc. 10, 17.* dicebant; Domine! etiam Daemonia subjiciuntur nobis in nomine tuo: quid hic Servator? Videbam, inquit, Satanam sicut fulgur de coelo cadentem: intuebatur scilicet Satanae secundum hunc lapsum esse, ejusque in homines imperium mira celeritate eversum iri, ac dissolutis operibus, falsisque, quibus illos illigaverat, Religionibus tam cito casurum, sicut e coelo antea superbia cecidit: quod *Isa. 14, 12. 13. 14. 15.* casus Babylonici Regni adumbrat. Et *Ezech. 28, 14.* ruina Tyri sub typo rejecti Cherub exhibet. Petrus tandem *Act. 10, 38.* postquam Cornelium edocuit, quomodo Jesus a Naz. a Deo Spiritu S. & virtute unctus pertransierit, benefaciendo & sanando omnes oppressos a diabolo, rationem adjicit: *quoniam Deus erat cum illo.**)*

Ni-

***) Haec Apostolica de divina Jesu C. potentia & clementia argumenta in sententia Adversario.

Daemones
non
sunt
Manes
defun-
cto-
rum.

Nihilominus Daemonia *Manes mortuorum* esse, homines corripientes & humi projicientes evinci putant *imo* ex *S. Justinii Apol. 2. pag. nobis 50 edit. Commel. 1593.* Num autem *S. Philos. & Martyr* hic propriam aut Platoniorum suorum eloquitur sententiam? Hoc verisimile videtur; fatente enim *Farmer* pag. 39. ex statu Daemoniacorum mentis humanae post mortem existentiam infert. Ut res se habeat, haec autoritas & opinio singularis aequae parum Adversariorum rem confirmat, ac, dum alibi Angelos Deorum specie cum mulieribus congressos, genuisse Daemones, scribit, eosque & sibi & liberis imposuisse nomina. *Conf. Apol. 1.* Alios Ss. Patres opponimus, qui per Daemones semper lapsos Angelos intelligunt. *2do Adducunt Flavium Josephum de Bello jud., ubi lib. 7. C. 25. edit. Franco-*

co-

riorum, qui ea inauditis modis, ad formulas vulgi, falsae Philosophiae innixas, invertunt, ac sophisticis lusibus suis adcommo-
dant, fere infirma redduntur; sicut etiam reliqua *J. C.* signa & portenta ad allegorias & mysticas tantum exegetes transfundere contendunt. At si tot luculenti textus, toties obvii rite, ut decet, perpenduntur, quis illos prudente crisi, cum animis vita functis, Heroibus, morbis vehementioribus congruere, aut vivos homines, aut horum flagitia designari sibi persuadeat?

cofurt. pag. nobis 858. Daemonia vocat
peffimorum hominum Spiritus. Mirum
 est, viros doctos locum allegare velle,
 ubi integras fabularum sarcinas collige-
 re licet *de radice Baaras*. *) Merito
 eru-

*) Idem *Josephus Antiquit.* Lib. 8. C. 2. multa
 suspecta & conficta recenset de Salomone In-
 cantationum & adjurationum auctore. Mo-
 dus ab Eleazaro (coram Vespasiano & Proce-
 rum turba) adhibitus hic erat: *Admoto navi-
 bus Daemoniaci annulo, sub cujus sigillo inclu-
 sa erat radice species a Salomone indicatae,
 ad ejus olfactum per nasum extrahabatur Dae-
 monium, & collapsa mox homine, adjurabat id,
 ne amplius rediret, Salomonis interim mentio-
 nem faciens, & incantationes ab illo inventas
 recitans. Volens dein Eleazarus, his, qui
 aderant, ostendere suae artis efficaciam, non
 longe inde ponebat poculum, aut prolubrum
 aqua plenum, imperabatque Daemonio homi-
 nem exeunti, ut his subversis signum daret spe-
 rantibus, quod reliquisset hominem: quo facto
 nemini dubium erat, quanta fuisset Salomonis
 Scientia & sapientia.* Ss. Patrum quidam e.
 g. Iren. Lib. 3. adv. Haer. c. 5. Orig. L. 4.
 c. Cels. apud Judaeos olim Exorcistas, qui
 invocato nomine *יהוה* Daemones expulerint,
 fuisse existimarunt; verum hanc a Josepho de-
 scriptam potestatem tam communem, tamque
 ridiculam opè *annuli & radice* fabulis merito
 adnumeramus. Tantaе facultatis mentio ne
 obscura quidem internoscitur ex Vetere Testa-
 mento, aut libris Targumicis, Talmudicis,
 aliisque Rabbinorum commentariis, qui cun-
 cta pro gentis suae gloria ad superstitionem

B

&

eruditi ambigunt, an cit. interjectio (*peffimorum hominum*) pertineat ad textum, aut Adversariorum explicationem ferat. Cit. Lindinger pag. 132. fufpicatur, haec verba Flavii a fuperfitione non prorfus liberi, in orationem a Librario quodam intrufa fuiffe; nam alibi ille Pharifaeos docere fcribit, maiorum hominum animos post difceffum a corpore, in carcere perpetuo detineri, folas autem proborum mentes in alia

& naufeam recenfuere ac exaggerarunt. Si Judaei jam inde a Salomonis aevo tam infigni potestate inffructi fuere, cur vifa Jef. Chr. in Daemones virtute, tanquam ad rem inffolitam obffupuerunt? *Matth.* 9, & 12. An filii Scevae (*Act.* 19.) etiam Exorciffae hac valebant potestate, cum a Daemone fe defendere nequaquam poffent? Num Chriftus *Matth.* 14, 28. ex fua in Daemones potentia concludere Phariffaeis potuiffet, Regnum Meffiae adveniffe? Ant. Van dale in *Diff. de divinat. Idol.* cenfet, Jofephum haec per malevolentiam fabulatum effe, ut gloriam miraculorum Jefu, & Apoftolorum obffufcetet. Veriffimile putamus, Jofephum nimis credulum, haec ex aliorum narratione retuliffe, ficut alia multa de juventute Mofis, fluvio Sabbatico &c. Quod vero coram Vefpafiano, fi tamen ita res fe habet, gefum effe, ad exercitationes ludicras circumforaneorum referimus: autumant quidam illas incantationes a Salomone inventas, idolorum cultu jam depravato, fed rectius arbitrantur, qui eas a perditis hominibus illius nomini fuppoftas volunt.

alia posse corpora commeare. Conf. lib. 18. *Antiq. C. 2.* hic profecto Iosephus Pharisaeus sectae pharisaicae adversatur. 3tio *Ex Flav. Philostrato Sophista, Vit. Apollonii Tyan.* colligunt, Daemonem, quaesitum quisnam esset, confessum, se umbram hominis esse, in bello olim interfecti. Meminit quoque epistolae perscriptae ad spectrum simile ex homine ejiciendum, & alibi Daemonis perpetuo ridentis, minis Apollonii Athenis extrusi. Sed videant, quid de Philostrato sublestae fidei scriptore censendum sit, quem toties de *Apollonio*, Jesu C. simio, ad convellendam Evangelicam historiam laudare non erubescunt. Ille scriptor Juliae Dominae Imperatoris Severi Conjugis gratiae se insinuaturus, fragmenta transmissa a Babylonio viro *Damide*, graece reddidit, accitis in subsidia scriptis *Maximi Aegi*, & *Moeragenis*. Philostratus ipse praefati Damidis (si hic tamen unquam exstitit) auctoritati permultum detrahit, ac Maximum simul & Moeragenem in suspicionem adducit. Tota Philostrati narratio floribus & lepore aspersa, sicut fabula romanensis, sed paradoxis ac absurdis oppleta. e. g. *de sponsa Menippi Daemone foemina, de mendico, autore Apollonio, lapidibus obruto, at in canem transformato*, ad vota Imperatricis & Cae-

Caesaris Caracallae Apollonii Veneratorum conficta videtur, ut divina miracula Salvatoris, & Christianae Religionis autoritas (labascentè tum idololatria) elevarentur. Hunc vero Apollonium impurissimae idolomaniae vindicem, divinos honores adfectantem, pacis publicae perturbatorem, circulatorem & theurgum fuisse, non diffitentur sapientiores Ethnici. Aevo quidem Diocletiani Hierocles illum J. Christo comparare ausus est, sed statim ab Eusebio egregie refutatus obmūtuit. Lecto Philostrato tam sibi repugnante, ac indigna referente, non potuit non adfirmare Huetius: *adde tot fabulas, tot somnia, tam nullius acuminis, tam nullius saporis, ut cum ea legerem etiam puer, continuo me caperet satietas ac fastidium.* Coeterum nequidem Gentilium multi per Daemones *Manes defunctorum* denotarunt. Nam teste *Plutarch. de placitis Philos.* lib. 1. C. 8. apud Lindiger pag. 83. Thales, Plato, Pythagoras, & Stoici Daemones inter & Heroas discrimen statuerunt. Imo Apulejus Deum Socratis mediam esse potestatem Deos inter & homines tradit. Optime *S. Chrysof. in Matth. c. 8. Tom. 2. edit. Antv.* pag. 573. docet: *in sepulchris Daemones versari, perniciosum quoddam plurimorum mentibus ingereve dogma cupien-*

pientes. *Quodnam illud? mortuorum
 scil. animas Daemones fieri, quod sane a
 fidelium cogitationibus absit omnino. Pag.
 114. idem S. D. scribit: animam in sub-
 stantiam Daemonis tran formari, vetula-
 rum verba, imo desipientium ducenda esse
 & puerorum ludibria. Etiam hunc erro-
 rem c. Orig. refutat S. Hier. Tom. 4.
 edit. Colon. pag. 290.*

Duo potissimum fundamenta pro Non
 sunt
 idola,
 aut
 Heroes
 Genti-
 lium
 &c.
 hac opinione conquirunt. Primum ex
Matth. 12, 24. Secundum Act. 16,
 16. Ex priore probatum volunt, Beel-
 zebub non fuisse diabolum, sed Acca-
 ronitarum Idolum, a quo 2. *Reg. 1, 2.*
 Ochozias recreandae sanitatis expetiit
 oraculum: non contemptus causa, sed
 abigendis muscis, harum multitudi-
 ne pestilentiam adferente, ita nuncu-
 patum ex *Plin. Lib. 10. C. 28. edit. Stoer.*
 pag. nobis 483. decernunt: hoc teste
 invocant Aegyptii Eleja Myiagron
 Deum, *muscarum Venatorem*, quae pro-
 tinus intereunt, qua litatum est illi die.
 Alii putant nomen Phoenicium esse ex
 בל בעל, ac Plutonem notari autumant,
 Deum inferni, ceu *habitaculi*, ex quo
 non datur reditus: *Accaron & Acheron*
 confundunt. Quidquid porro disceptent
 de variis nominibus Beelzebub, Beel-
 famin, Beelzebach, Beelzebaoth, Beel-
 ze-

zebul, subdole dicuntur omnia, levidensia sunt, ac in conjecturis posita. Vetera exemplaria graeca fere omnia sicut & Orientalium versiones ex graeco desumptae Beelzebul legerunt: *Deus stercoreus*, ita etiam Ms. arab. & alterum impress. Biblioth. nostrae. Adhaec e S. Script. elucet, Judaeos ex Religione, ficta gentium Numina, & horum nomina deformasse:*) haud dubie etiam nomen Beelzebub *Deus muscae* in Beelzebul *Deus immunditiae* ex Syro-chald. **בזב** mutarunt, atque nomen hoc Satae dederunt, quia, ait Bartoloc. *Bibl. Rabb.* p. 1. *Beelzebub in Palaestina princeps coeterorum idolorum censebatur, ideo princeps Daemomiorum, h. e. illorum idolorum (idola siquidem Daemonia sunt) quae*

*) Idola gentium vocantur 2. *Reg.* 21, 21. *Ezech.* 6, 4. **גלולים**. *Lev.* 16, 1. **אלילים** *Is.* 66, 3. **און** & 48, 5. **עצב** 2. *Chron.* 15, 16. **מפלצת** *Ose.* 3, 4. **תרפים**. Imo ex Talmud hodieum constat, quod Judaei nationum coeterarum vocabula, maxime ad Religionem si spectant, aliqua literarum transpositione aut immutatione soleant corrumpere. Habetur improba haec Cacophemia in *Cod.* **שבת** C. 16. ubi Evangelium (bonum nuntium) perverso sensu a R. Meir dicitur **און גיליון** *Aven Ghilajon* iniquitatis volumen, & a R. Jochanan **עון גיליון** *Avon Ghiljon* perversitas revelata.

quae in terra Philistaeorum evant, dicebatur. Sed ad quid haec? nonne Evangelica Historia luculente demonstrat, perpensis textibus parallelis *Matth.* 12, 24 — 32. *Marc.* 3, 22 — 30. *Luc.* 11. 14 — 18. Daemonem, Satanam, Beelzebub Daemoniorum principem ejusdem esse substantiae? Salvator enim impactam sibi blasphemiam revincens, ostendit, quod expulsio Daemonum fit expulsio Satanae, quod expulsio Daemonum per Beelzebub expulsioni Daemonum per Spiritum Sanctum opponatur, quod expulsio Daemonum per Beelzebub eadem sit, ac expulsio Daemonum per Satanam, & quod Daemones, Satan, Beelzebub non substantia inter se, sed ordine tantum distent.

Secundo exemplo ex *Act.* 16, 16. utuntur: Philippis puella ethnica habens Πνευμα Πυθωνος per sua, quae fudit oracula, ingentes hero suo proventus contulit. Hoc loc. Apollinem Pythium, Jovis & Latonae filium, cujus sacerdos in templo Delphico Pythia nuncupabatur, intelligunt, & hujus spiritu puellam fuisse abreptam: **) LXX. & *Vulg.*

**) Puella (*Act.* 16.) quaestum magnum praestabat Dominis suis divinando per spiritum Pytho-

Vulg. hanc quidem vocem de Divinis Magis, ventriloquis, hebr. אֹוֹךְ, graece alias εγγαστριμῶδες usurpant; verum hos Interpretes reipsa spiritum Apollinis existimasse, nunquam probabunt. Per multa adhuc mythologica e. g. *Vallis Titanon*, *Syrenes*, *Onocentauri*, *Cornu*, *Amalthaeae*, *Plejades*, *Hyades*, *Arcturus*, *Oviones*, *Glareae Cocyti* leguntur. Conf. *S. Hier.* in C. 3. ad *Gal.* Sed quis credat sacros J. quoad rem ipsam cum Hom., Pind., Virgil., aut Ovid. confensisse? Frustra graecarum in f. lit. vocum significatio a profanis petitur, illa ex ipsis S. Scripturis haurienda est, perpendantur tantum vocabl. *πίσις*, *σαρξ*, *πνεῦμα*.

Et

thonem. Si vero juxta Aëdaemonistas Heroem tantum aut genium ethnicum habuerit, qui, ut fatentur omnes, reipsa nihil sunt & consequenter solum bacchantum instar, *furore*, ut aiunt, *sacro* insanierit; quid obsecro, quantum emolumenti, & quamdiu potuisset ex puellae oestro provenire? Quis non emotae mentis homo oracula petuisset a misera? Certe ex modo agendi paganorum Philippenium adversus Paulum & Silam liquet, quod non tam imperiti rerum aestimatores fuerint. Recte *Cic.* de *divinat.* lib. 2. nobis pag. 402. habet: *quid vero habet autoritatis furor iste, quem divinum vocatis, ut, quae sapiens non videat, ea videat insanus, & is, qui humanos sensus amiserit, divinos adsecutus sit.* An *Aët.* 19, 10 — 17. *Spiritu nequam obsessus dici etiam poterit tantum insanus ac furibundus?*

Et quis ad falsam Ethnicorum Dae-
monologiam theopneustos Scriptores
calamum adcommodasse, sibi persuase-
rit? Sacra Scriptura fat ostendit, Dae-
mones esse lapsos Angelos; superva-
cuum igitur videtur, has argutias plu-
ribus refutare. Conf. *S. Chrysoft. Hom.*
35. in b. C. tom. 3. edit. Antv.

Ss. lit. Textus Daemonum obsessio-
nem tractantes, permulti de naturalibus <sup>Non
sunt
morbi.</sup>
tantum morbis e. g. *phrenesi, epilepsia*
&c. elucidant post *Spinof., Pet. Pompo-*
nat., Ful. C. Vaninum, Tb. Hobbes.,
Bekker, Morgan, & Parvish. idque
Farmer ex Aeschilo, Euripide, Sopho-
cle & Plauto (hunc in finem ex Genti-
libus omnia corrasit) clare patefcere
censet. Hoc autore idem est, esse Dae-
moniacum, ac ex insaniam furere, aliove
morbo maniae, & hypochondriae *)
op-

*) Solius hypochondriae Symptomata in repro-
bato Saul deprehendunt, & ex hoc casu atque
sententia *Rambam* contra Daemoniacos Evang.
arguunt. Sed רוח יהוה qui I. Reg. 10,
9. 10. cor Saul immutavit, & hic ab infelici
Rege cessit, aperte opponitur רוח רעה.
Ille *Spiritus Dei* non inane nomen est, aut sola
proprietas, conficta substantia, & cur *Spiritus*
nequam, qui Saul *exagitavit a Domino*, &
perinde ac *Spiritus Dei* ceu potentia operans
de-

oppressum esse. Et hoc *Rich. Mead* in *Diss. de morbis biblicis* C. 9. de *Daemoniacorum morbis* edit. Lips. 1777. quam certissimum tenet ex iisdem Farmeri principiis, ac omnibus contendit persuadere in cit. *Lib.* latine primum edito, nunc in Germanicum proculso, etsi Auctor in praef. hunc foetum suum nequidem in anglicam linguam unquam transferri voluerit, sed omnino vetuerit. Ex *Lightfoot* *hor. heb. in Matth.* 17, 15. propugnant, Judaeorum animis eam infedissee sententiam, imo Hebraeos vehem-

describitur, inter commenta relegetur? Melancholia Saul non fuit ipsemet Daemon, sed hic atra ejus bile utebatur, ut pluribus Regem intemperis ac furiis conturbaret, quas Symphonia Davidica nonnihil relevavit, ut v. 23. *Saul refocillaretur, & levius haberet.* Melos ergo non Daemonem expulit, ut per jocum objectant. Conf. *Farmer* pag. 140. sed animum moesti Regis serenavit. Quae supra cit. *Rich. Mead.* C. 3. ex *Celso Lib.* 3. C. 18. & ex usitata Judaeorum opinione de malis genis morborum graviorum Autoribus &c. congerit ac recoquit, ut solam in Saul fuisse vehementem melancholiam evictum eat, facile exploduntur, utut de certitudine sententiae suae ille adplaudat sibi doctus Archiater. Verum ex hac hist. necdum hucusque liquet, Saul revera fuisse obsessum. Propugnant plerique in Saul miseria, majores Melancholiae, quam diabolo partes esse tribuendas. Male igitur ex casu Saul Adversarii Daemoniacos Evang., ceu naturali morbo adfectos considerant.

hementiores morbos omnes Daemoni adtribuisse, & Evangelistas ad haec plebejae linguae normas esse locutos. Verum haec opinio infirmo nimis fundamento conquiescit, ipsa etiam viro- rum citt., qui huic opinioni addicti, autoritas ne minimi valet, quia profani, Theistae, indomita atque acria fue- re ingenia, & in eo maxime adlabora- runt, ut nova systemata, quibus Chri- stianae Religionis concuterent funda- menta, parturirent. Daemoniacorum status vere talis ex Evang. innotescit. De iis ceu reipsa obsessis Salvator ac discipuli ejus loquuntur, & sermone tam expresso, qui dubium omne rescin- dat *S. Lucas Medicus*, & in discernen- dis morbis versatus, cujus stylum pro- prium & adcuratum inter Medicos & Philosophos eruditissimi celebrant, iis- dem semper de Daemoniacis verbis uti- tur. Praeterea Evangelistae evidens statuunt discrimen morbos inter & Dae- mones, sanationes & expulsiones. Conf. *Matth. 8, 16. Marc. 1, 32, 34.* Sed locus parall. *Luc. 4, 40. 41.* ad ocu- lum rem demonstrat. *Cum autem sol occidisset, scribit, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant il- los ad eum, & ille singulis manus impo- nens curabat eos. Exhibant autem Dae- monia a multis clamantia & dicentia:*
quia

quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse Christum. Num sinceræ fidei scriptor, medicus rerum gnarus ita exarasset, si nihil, nisi communis morbi curationem transcribere cupiisset? de infirmis e. g. de leprosis dicitur, quod mundati, de paralyticis, quod fuerint sanati, nullibi autem edocemur, quod lepra, paralytis, alive morbi sint expulsi, exiverint, clamaverint, aut quidquam oblocuti sint. Et hoc discrimen languores inter & Daemones ubivis prosequuntur Evangelistæ *Matth.* 10, 18. *Marc.* 3, 15. 6, 13. *Luc.* 10, 17. Salvator cum novissime undecim adparuit, *Marc.* 16, 17. 18. idem adserit discrimen, dicens: *in nomine meo Daemonia ejicient... super aegros manus imponent, & bene habebunt.* (**)

Si

**) *Luc.* 4, 35. Increpavit Jesus Daemonium immundum dicens: *obmutesce & exi ab eo, & cum projecisset illum Daemonium in medium, exiit ab illo, nihilque illi nocuit, & factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad invicem, dicentes: quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, ut exeant?* Qualis hæc narratio, quæ phraseologia, profano scriptore indigna, si soli infirmitati opem tulit, spiritum vero nullum expulit? Cum *Joann.* 8, 48. Judæi blasphemi Jesum Daemonium habere, & *Matth.* 12,

24.

Si ad tantam Evangelicae Historiae lucem suspicari adhuc licet, rem tantum esse de pervicaci morbo, aut tetro melancholiae humore, pariter fas erit, ut quidem multi hodie procaces agunt, apertissima S. Script. prodigia in rerum naturalium referre censum. Sic e. g. Hebraei in aestu maris arenam tantum alveum pertransierunt. Josue insignem tantum de hostibus retulit victoriam, statio vero (quaecunque talis) est auxilii solum hebraicae poeseos. Lazarus
non

24. Jesum Daemones ejicere in Beelzebub insimularent, Salvator quidem invicte accusationem confutat; verum annon facilius & pronius dedisset responsum, *nullam dari obsessionem, ac Daemonicum esse*, tantum falsissimam imperitae plebis esse opinionem. Sed expulsionem Daemonum fatetur, & ineptas tantum Pharisaeorum criminationes tam rationi, quam conscientiae suae dictamini adversantes profligat. Num, edicite! tot argumenta protulisset Salvator pro re vindicanda, quae ne fundamenti minimum in veritate & rerum natura habuerat? Num Missionis divinae veritatem ex re nihili, ex ficta Chymaera demonstrasset, an verae Daemonum expulsionis allegasset argumentum? si *Daemon* ex sola plebeculae opinione, ex fatuo tantum insomnio exstitisset, & obsedisset. An Jesus propugnare voluisset, aut potuisset errantis phantasiae ludibrium, & tamen toties dicere, quod Spiritu Dei Daemonia ejiceret. Daemones quidem expulsi ita potuissent loqui, non vero ille, qui *Joann. 14, 6. via, veritas & vita est.*

non surrexit, sed tantum a symptomatis apoplexiae convaluit. Coeci, claudi, muti &c. in Evang. fanati, salutari tantum J. Christi doctrina imbuti sunt: ex mente *Woolston*. His indignis, ac detortis modis Historiae a Scriptoribus facris consignatae exponuntur, & mirum adhuc videtur, quod pyrrhonismus & effrenis sentiendi licentia hodie tot status pervagetur. Heu! quam multi, modicum sapientes, pro arbitrato, ad praejudicia sua S. Script. sensus explicant, & augustissima Religionis mysteria his inauditis interpretationibus incrustata, ad obvia & communia torquent & rapiunt.

E. g.
Epilepsiae.

Epilepsiae casum ex Evang. proponunt, ut obsessionem in morbo graviore repositam ostendant. *) Perpendamus, annon haec infirmitas a causis certis superioribus sit profecta. Cum Jesus discipulorum triadem in monte, gloriae suae spectaculo pasceret, parens qui-

*) Ex Textu Arab. rem se confecisse, persuasum sunt: conf. *Farm.* pag. 97. hic est:

يارب
ارحم ابني فانه يعذب
جدا في زروس الاهل

Domine! miserere filio meo, quia ipse vexatur valde in principiis lunationum, sed sequentia Evangelistae, Jesu, & discipulorum in contextu effata etiam perpendantur.

quidam filium suum *epilepticum, lunaticum*, Discipulis proposuit. Conf. *Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9.* Sed hinc curare eum nequivere. Tres cett. Evangelistae morbum hunc *Daemonio, spiritui immundo, surdo & muto* adscripserunt, non obscuro assignato discrimine inter adfectiones immundi spiritus ceu personae operantis, atque Daemoniaci patientis. Jesus duplici actione misero jam ab infantia puero succurrit, *Marc. 9, 25.* increpante Jesu, Daemon multum discerpens eum *exiit ab eo*, & factus est sicut mortuus, v. 26. Jesus tenens manum ejus elevavit eum & surrexit. Certe haec de expulso Daemone gesta virtutem, Deique magnalia plus deprædicant, quam epilepsiae solius curatio. Si Spiritus immundus hic abfuerat, qui exire & reverti potuit, plenum doli hoc pronunciatum fuit, Salvatore Jesu indignum. Postea dum Discipuli ex Jesu quaerebant secreto, quare ejicere Daemonem non potuerint, respondit: *propter incredulitatem vestram... hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium.* Docebat sc. divinus Magister, fidem praecipue cum oratione & jejunio conjunctam requiri in iis, qui miraculorum dona & gratias optant consequi. Conf. *Matth. 21, 21. 22. Jac. 5, 15.* Jocatur ille
Adae-

Adaemonista, qui pro vocabl. *per orationem & jejunium* legendum statuit: *per iuge jejunium*. Quis enim hoc pharmaco unquam violento medebitur morbo? Et quidem epilepticus ex hoc praescripto sepulchro, quam sanitati erit propior.

Aut
Phre-
neticos.

Alterum de *Phreneticis* duobus *Matth.* 8, 28. casum proferunt. Ss. *Marc.* 5, 2. & *Luc.* 8, 27. unum tantum virum memorant, forsan, quia hujus obsessio jam diuturna, & singularis ac nota omnibus, cui alter ab aliquo tempore se conjunxit, non ita, ut alter furens. Conf. *S. Aug. de consensu Evangelistarum Lib. 2. S. Marc.* cit. cap. a v. 2. describit, quomodo ex monumentis indomitus profiliverit, compedes, catenas & vestes diruperit, clamavit, lapidibus se conciderit, ac insuperabili robore cunctis resisterit, ad primum vero Jesu occursum & visum eminus adcurrerit. Verum unde contigit, ut vir phreneticus, ab hominum societate tam diu sejunctus &c. subito mitesceret, & Jesu genibus advolutus, tam praeclara de Jesu C. persona & caractere testimonia, quae tum paucissimis explorata, perhiberet. Daemonia clamabant: *Jesu Fili Dei! venisti hic ante tempus torquere nos* *) Conf, *Matth.* cit. c. v. 29.

*) Si Daemoniaci mere fuerint phrenetici, ac lunatici, quomodo Adaemonistae factum esse

29. & rogabant *Luc. cit. C. v. 31. ne imperaret illis, ut in abyssum irent.* Verba haec a solis spiritibus malis, non ab ore furentium hominum profluere possunt; nam

dicent, ut illi citius ac melius Messiae characteres & officia pernoscerent, quam populus, ac ipsimet discipuli? Fama quidem doctrinae & miraculorum ubivis celebrabatur, sed non nisi *magnus Propheta* reputatus est. Conf. *Matth. 13, 14.* & postquam Simon Petrus dixit: *Tu es Christus Filius Dei vivi,* respondit Jesus: *Beatus es Simon Bar Jona! quia caro & sanguis non revelavit tibi; sed Pater meus, qui in coelis est.* Verum vix incepto praedicationis munere *Marc. 1, 23. 24.* Jesus a Spiritu immundo jam dictus est: *Sanctus Dei Luc. 4, 41. Filius Dei & Christus.* Impossibile igitur fuit, mere phreneticos & insanos fuisse, qui tam sublimem notitiae gradum adepti sunt; at enim hanc explorare potuere substantiae tam perspicaces, tamque capaces, lapsi Angeli. Hi sunt, quibus silere toties praecepit, ne veritatis manifestatio intempestiva malitiam, hostiumque exaceret livorem & furorem, quo prius trucidarerur, quam veniret hora ejus, & officia Messiae expleffet omnia. Multis quidem ambiguum videtur, quomodo Jesus tam hic perspicue a Daemonibus fuerit agnitus, quem tamen diabolus in tentatione necdum satis agnovit; sed sagacissimus ille spiritus, si tum adhuc dubitavit, nunc clariorem habere potuit notitiam; nam devictis Satanae tentationibus Angeli Domino ministrarunt, & mox divina effata ac prodigia, hunc Filium Dei esse, fat ostent-

nam futurum Daemonum statum & poenas indicant, phrenetico autem nullo modo competunt, sicut nec reliqua de Christo J. effata ac elogia infanientis pos-

derunt. Expensis igitur cunctis, praesertim a femine mulieris caput serpentis contritam aliquando iri, non potuit non intelligere, promissum **שילה** adventasse. Conf. S. Hier. Tom. 6. edit. Col. pag. 12. Joann. 10, 20. Matth. 11, 48. Joann. 8, 48. & 52. Judaei Jesum & Joannem Daemoniacos vocasse leguntur. Nulla certe capitalior blasphemia, qua, inquit S. Hier. ep. 149. ad Marcel. pag. 347. edit. Col. videntes in virtutibus Deum, *Beelzebub calumniantur in factis*. Quidquid vero ideae Judaeis de Daemoniacis infederit, nihil ex eitt. locis probatur de morbo dementiae, quae ubique ceu effectus a causa distinguitur. Judaei inferebant, Daemonem esse doctrinae & Christi operum autorem, a quo etiam Salvator didicisset, quod Hebraei vitae Jesu infidiarentur. Praecipue quod iisdem quoque improperaret, quod illi non essent a Deo, seque dixerit, Patre Abraham superiorem: Jesum scil. Religionis judaicae contemptorem lapidatione dignum, dixere, non vero ex amentia furere, quae profecto id poenae non meretur. Et quale illud Pharisaeorum fuisset argumentum? Infanti: ergo insanos homines, aliosque morbos curat, hoc potius erat: autore Daemone loquitur & operatur. Marc. 3, 20. tantus ad Jesum concursus fuit, ut nec ipse, nec Apostoli cibum capere possent. v. 21. subditur: *& cum audissent sui, exierunt tenere eum, dicebant enim, quoniam in fu-*

possunt phantasiae occurrere. Deinde
 Jesus nomen interrogat: respondit: *Le-
 gio*, subdit Evangelista: *quia introierunt
 Dae-*

furorem versus est. Eruditi Interpretes ex
 graec. & arab. deducunt, Salvatorem animi
 defectum, sive cordis deliquium passum esse,
 tum ex inedia, tum ex circumstantis aeris red-
 ditutepore, a nimio hominum confluxu; sed me-
 lius *Vulgat.*, cui *Syriaca, Pers. & Arab.* con-
 sentit, hunc locum reddit. Cognati scil.
 Jesu, comperto, illum discipulos adlegere,
 turbas ad illum confluere, insolita docere,
 & operari, Pharisaeos & Scribas ex invidia
 ejus perniciem meditari, exierunt, ut eum
 domum abducerent, id sibi juris legibus aut
 consuetudine convenire arbitrati, dicebant,
 illum esse mentis impotem, sive id crederent,
 sive simularent, ne quid sibi, aut illi periculū
 a Pharisaeis, Herodianis &c. crearetur. Hoc
 autem effatum non est necesse, ut ad omnes
 cognatos, & virginem matrem referatur,
 satis est, unum hoc dixisse, ut id tribuatur
 omnibus per figuram *Syllepsis* in Ss. literis fre-
 quentem. Demum *Joann. Baptistam* Dae-
 monium habere dixerunt, quia poenitentiae
 praeco ad plangenda peccata, moresque po-
 puli emendandos, sua vitae austeritate com-
 movere voluit. Nec manducavit, nec bibit
 communi hominum more, siquidem locustae &
 mel silvestre illi cibus erant, & aqua potus.
 Dixerunt ergo Pharisaei: *Daemonium habet*,
 cujus virtute castigatam illam & extra homi-
 num commercia inter feras duram vitae ra-
 tionem ferre potest. Solent enim Daemonia-
 ci, intemperis suis acti, absurdis uti cibus,
 & aliquando multo tempore nihil manducare
 & bibere, vivere inter squallores &c.

Daemonia multa in eum: ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, sicut. *Luc. 8, 2. Matth. 12, 45.* certum enimvero est, quod hominem turba Daemonum possit obsidere, cui veritati Ethnici quodammodo consensere; nam apud *Plaut. Amphit. Act 2. Scena 2. edit. Ald. fol. 14.* legitur: nam haec quidem aedepol *larvarum plena sunt.* Fortasse etiam mendax spiritus numerum majorem ementitus fuit. Jam vero, quis unquam audivit, legit aut scribere potuit, plures phreneses, septem, aut legionem phreneseon in homine grassari? Maligni spiritus pro genio suo jacturis & hominum dispendiis oblectantur, unde Jesum obsecrabant, ne iisdem finibus exulare compellerentur, sed gregem porcorum prope montes depascentium intrare liceret *Conf. S. Cbrystof. Hom. 29. in h. l.* Jesus id permisit, & prope duo millia ex rupe praecipiti casu in mare delapsa, suffocabantur. **)

Haec

**) Nihil lepidius, & deridiculo hominum dignius, quam recens excogitatae commentationes, quibus Philosophi tot porcorum in mari interitum explicant. Incredible, quantum se crucient, & quousque philosophentur. *Sykes & Lardner* opinantur, quod uterque phreneticus tot porcos vehementer territarint, itaque attonitos in abyssum maris disjecerint.

Cen-

Haec potentiam & nequitiam immundorum spirituum abunde ostendunt. Scilicet petiere hunc ingressum, ne cogerentur redire in infernum, adema omni homines tentandi & torquendi facultate, sed ita, ut, dum hominum corporibus obesse non amplius poterant, saltem bonis eorum & pecoribus dispendia adferrent, & hac ratione populi indignationem in Christum concitarent, & ejus doctrinae ibi praedicandae remoras ponerent, quod patet eventu. Si vero praeter phrenesin, aliudve morbi genus intercesserit nihil, qua ratione fin-

Consensum praebent iis *Tellers Wörterbuch des N. T. zur Erklärung der christl. Lehre, Verbo: besessen, & Linding. pag. 153.* aiens: *hi Daemones, seu Daemoniaci ipsi, Christo, utpote Judaeo gratiam quandam facturi, venia impetrata, porcos sive fustibus prehensis, sive manibus passis, & incondito clamore ad mare vicinum Galilaeae magno motu adegerunt, ut totus grex praeceps voraginibus profundis submergeretur. pag. 186.* per ironiam adjicit: *Daemones nunc fere submersi adparent ravi nantes in gurgite vasto.* Verum hoc philosophandi genus *Hugoni Farmer* non probatur, sed pag 239. sumta paritate de lepra *Naaman* in *Giezi* translata, putat, quod Daemoniacorum curata phrenesis adtutum porcos male adfecerit, ita volente Jesu, & sic furibundae bestiae in mari perierint. Hunc in modum contra Evangelica dicta nugari, tantis Philosophis placet.

singulares agentium & loquentium personarum proprietates, maniae adtribui poterunt? quomodo Jesus cum morbo sermones contulit, & infirmitas illa tam ardentem expetiit, diutius regionem illam incolere, ejusque incolas adversis casibus involvere, & Evangelii praedicationem impedire? jussis respondere ac obsequi, obtestari, corpora deferre, propriam tamen servare substantiam, universum porcorum gregem occupare, & haec pecora, abactu tam molesta, subito cogere impetu, ut ex caute in mare prouant, haec inquam si gesta & dicta Daemonum sunt, tunc narratio historica ex mente bene sana confecta est, ac concinne sibi cohaeret; si vero de insaniae morbo sint intelligenda, narratio, quanta quanta, falsa est, ementita, de tricis & apinis confarcinata, quam quilibet aequus rerum arbiter erubescit, ac abhorret, & nonnisi blasphemus inspirato Scriptori obtrudit. Haec si animo perpendissent impius Woolston, & ejus Aseclae, non committerent, ut Evangelicum Textum tam inficetis fannis, improbisque satyris profcinderent. Impii quidem & carnales hoc Jesu C., qui bene omnia fecit, & tot bonis homines hucusque cumulavit, factum culpant, ex quo tamen ejusdem virtus & providentia mirifice respundet.

Cer-

Certe alia Dei, alia hominum sunt iudicia. SS. PP. & sapientes Viri plurimas adtulere rationes. Dicunt, hoc casu palam esse factum, homines illos vere fuisse obsessos, & sic Sadducaeos Daemonum, qui tanto erant numero, existentiam potuisse edoceri. Intellectu proclive habetur, si haec in porcos, quid agerent Daemonia in homines, si permetteret Deus? Conf. cit. *S. Chrysof.* Castigata fuit Gerasenorum avaritia & temporalium bonorum cupiditas. Servator declaravit se absolutum rerum univerfarum Dominum, & simul docuit, hominis salutem bonis terrenis anteferendam esse. Tandem hoc casu longe lateque inclaruit Christi potentia & gloria, quam etiam inviti debebant annuntiare & propagare. Et quid? Si nullam arguere causam possemus? cur ingens hoc damnum incolis permiserit inferri, num eapropter hoc Servatoris factum oporteret traduci? Totam hanc historiam Evang. Rousseau sibilis expodit *troisieme lettre ecrite de la Montagne*. Quaecunque vero profert, inanes sunt officinae, philosopho indignae, nec merentur refutationem. Profecto ob impiorum cavillos, & praejudicia, revelatae veritati non est renunciandum.

Jesus
 & Apo-
 stoli
 non ad
 mores
 & ple-
 be jam
 dicen-
 di nor-
 mam se
 con-
 forma-
 runt.

Interea Adversarii ad ravim cla-
 mant, Salvatorem hanc de Daemoniacis
 dialectum ex Judaeorum moribus, ex
 patriae suae conceptu & lingua retinuis-
 se, quia, inquit, missus non est, ne-
 que Hagiographis ea injecta fuit inten-
 tio, ut artis Medicae, Astronomiae,
 alteriusque scientiae profanae emenda-
 rent errores, quae ex sacra & profana
 historia persuadere moliantur. Haec
 autem dicta permultum inter se discre-
 pant, & altiolem merentur indaginem.
 An hoc illudve systema astronomicum
 &c. vero accedat propius, perinde va-
 let, nullum est, quod in Religionem
 & populi influat mores: Aut terra, aut
 sol stet, semper eodem in stadio curren-
 dum omnibus nobis est, ut capiamus
 bravium. Errores autem de Diabolo,
 Daemoniis &c. (adventa Evangelica
 Historia) in fidem ipsam, moresque
 nostros possunt influere, opplendo ho-
 minum animos opinionibus inanibus,
 terriculamentis, & superstitione, per-
 vertendo intellectum & voluntatem.
 Quinimo talis modi errores temporalis
 & perennis miseriae infausti fontes es-
 se queunt. Meminerint Adaemonistae,
 quoties ex hac de Daemoniacis opinio-
 ne Manichaeismum profluxisse dictita-
 rint. Et certe, si tot, tamque clara in
 hunc diem de Daemoniis Evangelica

testimonia necessario, ut jactant id genus Philosophi, alium sustinere sensum coguntur; quoties alibi de vero sensu non dubitandum? quid de toto ferme Evangelio sentiendum erit? Nec vere, nec in conscientia secure, vires, potentiamque Daemonibus licet tribuere, quibus tamen carent, nec eas, quibus valent, teste S. Scriptura, iisdem fas est abjudicare, quid horum sit periculosius, dictu oppido difficile est. Siquidem

I. Joann. 3, 8. in hoc adparuit Dei Filius, ut dissolvat opera diaboli, sed operibus illius ampla accessio facta esset, si nullam unquam operandi potentiam habuisset; & hoc non obstante potentiam in animam, corpusque operandi, & hoc obsidendi, Ss. paginae utriusque foederis adscripsissent illi. Annon propius, & ut ita dicam, facilius fuisset divinae omnipotentiae, sapientiae ac clementiae, erroneam hanc opinionem hominum animis eximere, ac prorsus subvertere, quam Daemonia expellere. Si vero tum temporis, ut fingunt, has praeconceptas vulgi opiniones amoliri, vis nulla potuit, nec etiam oportuit, certe postea aut Salvator ipse, aut Spiritus Veritatis veram lucem discipulis suis, totique mundo accendisset; sed enimvero hanc de Daemonibus sententiam sat superque Ser-

vator stabilitum ivit *Matth. 10, 1. Luc. 10, 17. 18. 19. 20.* tantum abfuit, ut traditae doctrinae suae aut derogaret quidquam, aut discipulos fecus erudiret. *In hoc (v. 20.)* aiebat, reversis cum gaudio discipulis, *nolite gaudere, quia Spiritus vobis subjiciuntur; gaudete autem, quod nomina vestra scripta sint in coelis.* Quis totius sermonis hujus sensus, quae hermenia, si sola *epilepsia, phrenesis* sola ablata est? quomodo curatio morbi *comitialis* dici potest lapsus *Satanae de coelo, sicut fulgur?* quo sensu infirmitatum corporalium sanatio *subiectio Daemoniorum & Spirituum* atque triumphus de omni *virtute inimici* adpellabitur? Annon morbi e. g. *phreneseos &c.* alia exprimi ratione potuerunt? num solum his indoctae plebis vocibus, ex falsa Philosophia ortis, quae quidem juxta Adversarios tot erroneas hucusque ingenerarunt opiniones? Forsan timuit Christus a consueto dicendi genere recedere, Evangelicae doctrinae gratia? ne minime! scimus, quod divinus Magister *recte dixerit, & docuerit, & non acceperit personam Luc. 20, 21. *)*

Por-

*) Dum J. Christus *Joan. 8, 44.* expressis verbis, serio, ac tanta emphasi Judaeis dicit, illos

Porro de Daemonum existentia ac operationibus ipsos inter Judaeos haud convenit, hos Pharisei enim adfirmabant, Sadducaei negabant. Cum vero Christus potissimum Phariseos & plerumque impugnarit, annon etiam erroneam illorum de Daemoniis opinionem confutasset, & deducisset? Adversarii superstitionis illos & ignorantiae damnant, qui Evang. historiae Daemoniacos admittunt, quinimo immortale praestitisse

ex patre diabolo esse, & hunc homicidam ab initio, in veritate non stetisse, ac *I. Joan. 3, 8.* scriptum est, illum qui facit peccatum ex diabolo esse, quoniam ab initio diabolus peccat; quis non evidenter cernit, Servatorem veram, & ut inquiunt, positivam de diabolo notitiam impertiri, non Judaeis solum, sed omnibus retro posteris? At vero si diabolus non existit, si ejus operatio prorsus ementita, si sermo Jesu ad tropos judaicos reduceudus est; quoties h. loc. sibi Christus (ad praejudicia vulgi differens ac praedicans) non contradixit, quot inutiles tautologias non cumulavit? An aeterna Patris Sapientia erudire populum voluit, *Nonens* ab initio libera operatione peccasse, *Nonenti* Judaeos esse similes &c.? Num S. Joannes cit. loc. postea non cum Judaeis, sed fidelibus tractans, prosequitur loqui ex praeconceptis falsisque Judaeorum & gentilium ideis? Quam inefficax hoc modo Christi, Joannis & reliquorum Apostolorum fuit concio & paraenesis?

se officium putant, si haec praejudicia hominum, hos errores possent abolere. Siquidem vero Christus hos a mundo errores, quos non adprobavit, sed (ceu opinionem adiaphoram) retineri tantum & tolerari voluit, sicut arbitrantur, noluerit semovere, etiam illos a nobis hoc aevo tolli, parvi intererit. Sed enim Apostoli & Evangelistae de vera expulsionem loquuntur, hoc fieri crediderunt illorum discipuli; an ergo omnes hi ignari, superstitiosi ac impostores? Quis crediderit Ecclesiae nascentis hostes Sadducaeos, Epicureos, Libertinos ad hoc siluisse? Ethnici ipsi sint iudices, qui non abnuerunt, Daemones a Christianis expelli, sed tantum propugnarunt, hos etiam expelli a viris paganissimi celebrioribus.

Numerus ob-
fessio-
rum
aevo
Christi.

Quaerunt Adversarii, quo fato acciderit, ut Daemoniaci Christi aetate & primitivis aerae Christianae foeculis, quam postea, essent numerosiores. Dicendum est: etsi hae, ut contendunt, aegritudines illi aetati fuissent peculiare, Evangelicae tamen historiae veritas nequaquam labefactatur. Nunquid certa morborum naturalium genera uni annorum periodo fatalia fuerunt, & epidemica, & postea remiserunt prorsus, novis in vices & inauditis ingruenti.

ti.

tibus morbis? Abstinemus, hic falcem in alienam messem mittere: exempla certe non una suppetunt. Verum jam ante natum Christum de Daemoniacis tam inter Gentiles, quam Judaeos scriptum est, licet frequentior deinceps fiat de iis mentio: Idque ex eo contigerit, quod aevo Christiano Daemonum existentia & operatio coeperit amplius cognosci. Vixere Apostoli, & horum Spiritu ac facultate, *Spiritus probandi*, praediti viri, Patres & Ecclesiae doctores: hi donis ac gratiis fuere impertiti, Daemoniorum nequitiam patefaciendi, iisque expulsis sanitatem instaurandi: & horum relicta monumenta hac de veritate nos reddunt certiores. *) Accedit

*) *S. Cypr. de Idolor. vanit. scribit edit. Paris. pag. 289. Hi (Daemones) adjurati per Deum verum a nobis statim cedunt, & fatentur, de obsessis corporibus exire coguntur. Videas illos nostra voce & operatione majestatis occultae flagris caedi, igne torreri, incremento paenae propagantis extendi, ejulare, gemere, deprecari... vel exsiliunt statim, vel evanescent gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis. Haec S. Cypr. dicta Semlero vehementer displicent; nam comment. de Daemon. Not. 30 adnotat: Cypriani inveni primam illam truculentam phrasin: de obsessorum corporibus ejiciuntur. Verum longe plura in Semlero tam Catholicis, quam Protestantibus jure merito displicent. Tertull. ad Scapulam edit.*

dit altera ratio non spernenda; nam sub adventum Christi Daemones potiorrem sibi persuasere causam, omni qua potuere malitia & potentia Regno Dei erigendo resistendi. Permiserit etiam Deus omnem admoveri machinam diabolicam, ut excelsior virtus resplenderet *Unigeniti Filii, quem misit Pater Salvatorem mundi* 1. *Joann.* 4. & sic ex clade Daemonum, qui absque sublimiore permisso nequidem porcum immigrare

va-

edit. Commel. pag. 88. inquit: Daemones non tantum respuimus, verum & revincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. vid. etiam apol. C. 22. S. Athan. de Incarn. Verb. Dei edit. Colon. pag. 23. & S. Hier. Tom. 2. edit. Colon. pag. 160. advers. Vigilant. docent, quomodo Daemones ad sepulchra Martyrum torqueantur, & S. Chryf. cit. edit. Tom. 5. pag. 309. testatum facit, quod Daemones fugentur ad Ss. Martyrum cineres. Hi testes integerrimi sunt, expertes praeconceptarum opinionum, quae permultos hodie misere abripiunt. Viri tam sancti & docti in optimum finem scripserunt, pleni Religionis & Charitatis, absque furo simulationis scripserunt. Remoti prorsus fuere ab omni ea vanitate, omnia sciendi, omnia disputandi, in quam hodierni pruriunt Scioli, persaepe solidae cujusvis eruditionis inanes. Ss. Patres sacras literas diligentissime rimari, deliciis omnibus gestiverunt, & quis ambiget, illorum oculos non esse revelatos, ut considerarent mirabilia de Lege Dei?

valebant, uberior Christo, & discipulis adcreferet autoritas. Id quod colligitur *Marc.* 1, 27. *Matth.* 9, 33. & 12, 22. 23. Alii alias praebent rationes. Judaei, aiunt, tum vitae erant perditae ac profligatissimae, ita ut Christus ipse *Joann.* 8, 44. improperaret illis: *vos ex Patre diabolo estis*; cum igitur diabolus tot Judaeorum animis imperitarit, justo Dei iudicio etiam in corpora penetravit. Sadducaeorum secta, sicut & apud Gentiles Epicureismus, Atheismus, modum excefferant omnem: horum errores tragica Energumenorum exempla poterant refellere ac corrigere. Interea vehementer errant, & Evangelicae historiae veritatem dolose suffodiunt, qui Daemoniacorum numerum tempore Christi adaugent nimium.



APPROBATIO ORDINARII.

Praefens Differtatio nihil continet fidei contrarium,
quin potius genuinum Sacrae Scripturae sensum illu-
strat & contra malevolas pseudocriticorum expositio-
nes defendit: unde lucem publicam meretur: ita
sentit

P. CONRADUS EBERTH,
Librorum Censor.

IN